

meritum non reddet Terdonensibus. Marcas, quas olim dabant Terdonenses, remittit nec de cetero eas exigit. Et facit hominibus^a de Serravalle finem de omnibus maleficiis, que erga dominum imperatorem vel suos fecerunt.

5. Et permittit hominibus Terdone habere consulatum et macella et molendina et vias publicas habere et tenere, sicut permittit Papiensibus.

6. Item dat et confirmat communi Terdone suprascriptos^b castellanos omnes et eorum possessiones, et presertim Coparam^c, Acianum Castrum Novum, Bag-nolum, Cagnanum, Calvenzanam, Serravallem^d, Gata-orbam^e, Gnignanum^f, Montem Larium^g cum omni iurisdictione. Et omnia pedagia, que commune Terdone vel eius capitanei^h modo tenent, eidem communi et capitaneis dat et confirmat presenti privilegio. Et si infra predictas coherentias locorum aliquid est, tanquam si esset nominatumⁱ Terdonensibus^k, interventu domine Beatricis auguste^l eidem communi perpetuo dat et confirmat F[ridericus]^m.

(7. Sicut Conradus de Belalusⁿ iuravit pro domino imperatore et pro se, sic et principes et nobiles subscripti iuraverunt pro se^o: Theodoricus marchio de Landesberc^p, Florencius comes Hollandie, Bernardus comes Saxonie, Conradus de Monteferrato, Reinherius comes de Blanderate, Conradus de Bokesberc^q, Constantinus de Berga^r, Cuono de Minzen[berc]^s, Henricus marescalcus, Walterius dapifer, Conradus pincerna et alii quam plures. Insuper iurabunt^t: archiepiscopus Coloniensis, Gotefridus^u cancellarius imperialis aule, comes Henricus de Ditze^v.)

a) omnibus 1. b) istos 2. 3. illos 4. c) Copariam 1. Capara 2. 3. 4. d) Seraval 1. Serravallem 2. Serravalle 3. 4. e) Catorba 2. Gatorba 4; heute Catorba. f) Grignanum 1. Guinanum 2. Gignanum 4. g) Monterlarcum 1. Montelanum 2. Monterlarium 3. h) comune vel capitanei eius 1. comune vel capitanei 3. 4. i) essent nominata 2. k) Terdonenses 1. Terdone 2. l) BE. auguste 1. BE. imperatricis augusti 2. m) F. nur in 1., fehlt in 2. 3. 4. n) Belais 1. Belaliis 4. o) pro se fehlt in 1. p) Landelbec 1. Landesbech 2. Landesbero 3. q) Boresberg 1. Bokesbe 2. Bokesbē 3. Bokesbere 4. r) Borgo 1. s) Conon de Nuremberc 1. Cuono de Monteborc 2. . . Mincentibus 3. t) iurabunt 1. iuravit 2. iurabt 3. iurabant 4. u) Gotofridus 1. Gottofredus 2. v) Dietie 1. Diexe 2.